



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

De Bonis Operibus Docto. Martini Lutheri Liber

Luther, Martin

Vuittemberge, 1521

VD16 L 7151

Ihesvs.

urn:nbn:de:hbz:466:1-33333

IHESVS.

Dixit omnia sciendum, nullum esse bonū opus, nisi
quod deus præcepit: & rursum, nō esse peccatum, nisi
quod deus vetterit, inhibueritq;. Ergo bona opera vel cognitu-
na, aut mala
rus vel facturus, non eget nisi notitia præceptorum dei. Ita enim
Christus ait Mathei. 1. Si vis vitā ingredi, ferua mā data. Itemq;
interroganti adolescenti, Math. 19, quid nam faciens salu⁹ fieret,
nihil aliud Christ⁹ q̄ decem obtulit præcepta. Quamobrem ne-
cessē est a nobis disci honorū operum discriminē, ex dei precep-
tis, & nō ex specie, magnitudine, aut multitudine operū in seipſis.
Sed ne ex opinione quidem & arbitrio hominum, vel modo le-
gum traditionum & inuentiuncularum humanarū, vel ratione
noſtro conſpectui obvia, q̄ ut hactenus ſefellit, ita ſemper falſet
nosceſcos, dum p̄ hominum traditionibus cōtemnimus præcep-
ta diuina.

SECVNDO.

F¶ Et primum, & ſummum, & nobilissimum omnī bono-
rum operum eſt fides in Christum. Vt vel ipſe dixit Ioann. vi.
Nam ludeis interrogantibus, quid faciemus, vt operemur opera
dei: ita respondit. Hoc eſt opus dei, vt credatis in eum quem mi-
ſit ille. At nos hoc vel audientes, vel prædicantes curſim tranſi-
mus, arbitrantes & vile, & facile factu, quū tamē hic nobis stan-
dum eſſet, & hoc ipſum fideliter meditandum. Nam in hoc o-
pera necesse eſt vt omnia opera gradiantur, & vt influxus boni-
tatis eorum hinc non ſec⁹ atq; ſeudum accipient. Id quod craſis
us, vt intelligent, a nobis deſcribēdum eſt. Inuenies em multos,
qui ſeūnāt fundant, hoc & illud faciunt, bonam vitam coram
hominibus viuunt, quos ſi interroges, an certi ſint placere deo,
quod ita viuunt, rēpondent, Nescire id ſeſe, vel dubitare. Præ-
terea ſunt etiam nonnulli doctorum qui eos corrumpunt & ſe-
ducunt, dicentes, non eſſe opus vt huius rei ſint certi, q̄uis alio-
quin nihil nos niſi bona opera docentes. Ecce omnia illa opera
procedunt extra fidem. Nam qualis eorum eſt erga dei conſci-
entia & fides, talia ſunt & opera ex eadem proficiſcentia. Venim
cum iſi nihil ſit fidei, nihil bonę conſcientię erga deum, ergo
operibus caput deeft, & tota eōrum vita & bonitas poenitus
nihil. Inde venit, vt dū extollo tantq; facio fidem, & eiusmōi
infidelium opera rejcio, ſunt qui me culpant & accuſant, veluti
prohibentem bona opera, quamuis interim nihil vehementius
cupiam, q̄ ut vere bona fidei opera doceam.

A 57

Fides caput
radix & fons
operum bo-
norū.

Oportet fi-
mus certi de
gratia dei per
fidem.